ualere me nuntio & de uobis quod uoto meo satis facere oportet
expecto; ENNODIUS AUIENO·

Bene erat animo meo si uel ad scriptionem frequens por
titorum suggereretur occasio quia in remedio desiderii·
senior prouidentia munus litterarium comparauit in quo
ad uicem praesentiae formato suauitatibus blanditur alloquio
& licet de ipsis remediis mens aegriscat absentium & de medici
na sollicitudinis cura geminetur ad tamen non sunt deseren
da quae sola sunt ergo infante ualenti nos romam petente quan
tum sub celeritate potui de his quae erant loquenda subripui
breuiter significans ualitudinem corporis mei fuisse turbatam
satis est tamen si in nuntio prosperitatis urae dum filii hilares
anima conualescam domine mihi salutationis munus sicut re
uerentia ura postulat exsoluens rogo ut iam me deuotorum
effectu & de bonis uris epistularis subleuetis promulgatione
conloquii; ENNODIUS AGNELLE

Gratum mihi est ad magnitudinem uram litterarum munera
promulgare quia & generi & conscientiae non tam exhibe
tur honor iste quam redditur iustum est ut religiosi homo
propositi sanctam uiduam & nobilem ueneretur ingenuus rogan
do meo gratias qui a bonus opinionis urae ad nos odor ema
nauit illeusque ad consummationem uitae fructus tribuat
qui bonam radicem in hac saeculi conuersatione plantauit be
ne fecisti domna agnella mundi istius blandimenta respuere
& dum celsiora sequeris etiam quae potuerunt uenire a legi
timis remediis non habere scisti non solam ueniam quaerere
sed coronam gaudeant de medicina languentes prope est ut
proximus sit integritati cui conceditur ut feliciter dedis
cat inlecebras ergo domina mihi salutationis gratiam hono
rifice tribuens quae persoluens rogo ut pro me amico & parente
tuo apostolorum liminibus non desinas subplicare ut merear
seruare quod praedico & quod in aliis extollo ipse non neglegam
Qui miratur officii terminus in amicorum me laudibus egres
sum recolat quem inperiora est semper affectio necparentis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0398